76) S. Quod foelix et faustum sit, heri dimissimus omnes
Pædagogii præceptores, ea tamen conditione, ut
vocati in spatio quatuor septimanarum, aliis quo-
cunque nostris visum fuerit momento discedant.
Interim vero se modestos præbeant, ne princeps Illustris-
simus plus offensus aliquid gravius statuat. Cau-
sam dimissionis putarent te nosse. Admoniti se-
cundo et tertio, a proposito se per conscientiam
desistere non posse affirmarunt, ideoque quod a prin-
cipe Illustrissimo nostris demandatum est ipsis fuit publi-
catum. Tuum est de aliis cogitare qui his commode
substituantur. Sunt dimissi numero novem, an
totidem hic substitui debeant prudenter deliberan-
dum fuerit. possent nostro quidem judicio numero esse
pauciores. D. Magistrum Lambertum, Schmidlinum
et alios quorum nomina mihi jam non succurrunt
et tamen consignata a te epistola, ad hanc scho-
lam vocandos judicamus. Tu pro ea qua va-
les prudentia quid facto opus sit cogitabis simulque
cum aliis consilia communicabis. Helmerichio
conditio Diaconi Odernheimensis, Joanni Eckhardo
pastoris Uberbornensis Joanni Adamo Esselbornii
Ephorus Apostatæ designatum est atque ita deinceps
conclusum certo dimittendum quam primum
propter turbas quas excitavit contra Superintenden-
tem Alzeanum et de bono successore cogitandum
cujus rei deliberatio ad tuum usque adventum
~~[illegible]~~ creditum differtur. Rogamus ut mature co-
gites de successoribus præceptorum Pædagogii.
Acquiescimus in tuo consilio, et designatione ea qua
hic reliquisti. Heri nobis ex partis adversæ mi-
nistris præsentibus a Præfecto mandatum de calumn-
iis vitandis publicatum est in curia. Illi ad respon-
dendum dilatione petita et impetrata se scripto
Illustrissimo Principi responsuros et satisfactu-
ros fidem dederunt. Nos ex tempore Deo gra-
tias

tias agimus, quod animum illustrissimi Principis in pietate affecerint, ut seriò de his rebus cogitaverit, et obedientiam spondemus. Inter reliqua cum claudens sermonem haec verba protulissem. Was aber gegentheill Verwandte entschuldigung anlangt, lasß wir dieselbige in ihrer theill in seinem wert und ohnbewohlt beruhen. Statim subiecit, quod ad S. Petrum concionem habet, die haben nit Ursach sonder erhebliche ursach und bitt D. ... Sinnerung, sie begern nit anders dieselbe ... mit ... Respondi ego das aber ... sind ... Si sic discessimus. Quid porro futurum sit constabit ubi fueris reversus. Hunc ... Ulricum Crusium eruditum concionatorem et examinatum nostri ad conditionem suscipiendam in Waldschulbus ablegarunt nec tam lege, sed consilium ... à ministris Lutrensibus et praefectis ibidem approbetur. Si praetereunt fidem et pietatem suis vicinis sit probatum ut uterque illum nondum plane confirmatum voluerit. Scribendum est vicinis ut diligenter eum observent exhibere literas aptissimo nostro commodissimas et videtur homo pius et bonus. Jussus est sedulo frequentare conventus Classicos et alium facere de quibus coram. His Vale ornatissime Vir et nos ut coepisti amare perge. 3 Maii Anno 84.

T. R.

observantissimus

Joannes Stibelius.

Clarissimo et Doctissimo viro
D. Danieli Tossano, Patrono
suo plurimum observando.

771

S. Rev: et Doctissime Vir Amice et frater in Christo observande. Quam mirabilia sunt Dei opera, qui iudicia sua exequitur. Experimur. Unus fuit quo patientiam veram exercuit Dominus post obitum laudatissimi principis Friderici Palatini, donec exacto Septennio